

Rector Academiae Lipsiensis Ad Sacra Natalitia Domini Iesu Christi In Templo Academico Solenni Oratione Concelebranda Invitat

Lipsiæ: Literis Titianis, [1728?]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862070465>

Druck Freier  Zugang



32


Fa-1092(32)



Jes. VII, 17. coll. M&I, p 23.

RECTOR
ACADEMIAE LIPSIENSIS
AD
SACRA
NATALITIA
DOMINI
AC SERVATORIS
IESV CHRISTI
IN
TEMPLO ACADEMICO
SOLENNI ORATIONE
CONCELEBRANDA
INVITAT

RECTOR
ACADEMIAE LIPSIGENSIS
AD
SACRA
NATALITIA
DOMINI
AC SERVATORIS
IESU CHRISTI
IN
TEMPO ACADEMICO
SOLENNI ORATIONE
CONCELEBRANDA
INVITAT



Erillustre, et inter præclarissimas,
 quibus τὴν ἐκ παρθένου Θεοτοκίαν,
 Prophetæ prænuntiauerunt, vati-
 cinationes excellentissimum, omni-
 no est oraculum, quod IESAIÆ
 capite VII, comm. 14, his expref-
 sum legitur verbis: הָאֵתָה הָעַלְמָה
 הָרָה וְיָלֶדֶת בֶּן וְקָרָאת שְׁמוֹ עִמָּנוּ
 אֵת. *Ecce, virgo prægnans est, &*
pariens filium, & vocabit nomen eius Immanuel. Quo
 enim, quæso, modo planius apertiusque prædici potuif-
 set Filii Dei ac Seruatoris nostri, IESV CHRISTI,
 natiuitas, quam, edito hoc, instinctu afflatuque diuino,
 oraculo, tam clare, tamque luculenter, describit sanctissi-
 mus Dei vates, vt, auspiciatissimo Mariæ virginis partui
 quasi præsens, & beatissimam virginem Θεοτόκον, & filium,
 quem paritura erat, Θεάνθρωπον, digito monstrare videat-
 ur. Quapropter etiam, τὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν γέννησιν, pri-
 mumque matris, Mariæ virginis, conceptionem, expo-
 nens, Matthæus, in hac reuera euenisse, testatur, quod
 prædictum fuerit a Deo, per Prophetam: Ἰδοὺ, ἡ παρθένος
 ἐν γαστρὶ ἔξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσεται τὸ ὄνομα αὐτῆ
 EMMA-

ΕΜΜΑΝΟΥΗΛ ὁ ἐστὶ μεθερμηνεύομενον μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. *Ecce, virgo uterum feret, & filium pariet, & vocabunt nomen eius EMMANVEL, hoc est, Deus nobiscum.* Quamquam autem hæc ipsa, quibus augustum illud Iesaiæ oraculum a Matthæo, *Evangelii capite I, v. 23,* refertur, verba ab Hebræo textu differre non nihil videntur, nullam tamen, quod ad rem, esse discrepantiam, nec causam adeo habere christianæ religionis hostes, quare scriptoris sacri interpretationem reprehendant, facile est demonstratu. Nempe primo voces, *וְיָלֶדְתָּ וְיִקְרָא*, quæ temporis præsentis habent significationem, futurum designantibus verbis, *ἐν γαστρὶ ἔξει καὶ τέξεται*, reddidit Matthæus, propterea quod rem futuram Iesaias prædixit, licet præsentem quasi eam, vñtatissima, ac prophetis cum maxime familiari, repræsentauerit loquendi ratione. Nec aliter LXX verterunt INTERPRETES, *Ἰδὲ, ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται*, vel, quem ad modum *Codex legit Alexandrinus, ΕΞΕΙ, καὶ τέξεται υἱόν.* Quin etiam ex ipsis Iudæis, qui magna apud eos valet autoritate, RASCHI, vocem *וְיִקְרָא* de tempore futuro hic accipiendam esse, professus est. vid. GVIL. SVRENHVSIVS ἐν ΒΙΒΛΩ ΚΑΤΑΛΛΑΓΗΣ, p. 158. Alterum, quod in Matthæi interpretatione haud conuenire videtur textui Hebræo, est *τὸ καλέσσαι, vocabunt*, si quidem Hebræa vox *וְיִקְרָא* vel est secunda persona fem. præteriti in Kal, sicque notat, *& vocabis*, quo modo etiam veteres interpretes Græci, *οἱ Ὁ, Symmachus, Aquila, Theodotion*, reddiderunt, *καὶ καλέσεις*, vel, quod, præeunte *Paraphraste Chaldo*, verius videtur, est persona tertia fem. quasi contracta, pro *וְיִקְרָא*, sicque verti debuit, *καὶ καλέσει, & vocabit*, virgo videlicet, paritura filium, nomen eius Immanuel. Equidem in duobus maxime, iisdemque antiquis, N. T. Codicibus MSS. Italico nimirum & Cantabrigiensi, ἀντὶ τῆς καλέσσαι, legitur *καλέσεις*, immo vero, priorem illam lectionem mendosam esse, statuit PROCOPIVS, in *Commentar. in Iesaiam*, p. 113. edit. IO. CVRTERII Paris. Δὲ κα-

ὁ, καλέσεις, ἔχει, ἀλλ' ἐ, καλέσασιν, ὡς ἐσφαλμένως ἐν εὐαγγελί-
οις ἐγράφη ἔτε γὰρ τὸ ἑβραϊκόν, ἔτε τις ἔτως ἐξέδωκε. *Quare*
est, VOCABIS, non, VOCABUNT, *uti quidem mendose scriptum*
est in Evangeliorum libro. neque enim id patitur textus He-
bræus, neque ita quisquam interpretatus est. At enim ve-
ro, quem ad modum vulgo receptam lectionem, καλέσσαι,
exemplaria MSS. pleraque omnia, antiquissimi item inter-
pretes ecclesiæque doctores, tuentur, eandemque adeo pro
germana utique agnoscendam esse, existimamus, conf. IO.
MILLIVS, in *Edit. N. T. ad b. l. & C. M. PFAFFIVS*, in
Dissert. de Variis N. T. Lectionibus, p. 205, ita PROCOPII
sententiæ CHRYSOSTOMI opponimus autoritatem,
qui, Ὁμιλ. ἐ. in *Matth.* p. 56, hanc τῆ, καλέσσαι, Matthæo,
disertis verbis, vindicat scriptionem. Οὐκ εἶπε, ΚΑΛΕ-
ΣΕΙΣ, ἀλλὰ ΚΑΛΕΣΟΥΣΙΝ, οἱ ὄχλοι, τῆτ' ἐστὶ, καὶ ἡ τῶν
προυργμάτων ἐκβάσις, κ. τ. λ. Quod si hic audiendus esset
GVIL. WHISTHONVS, ex Matthæo emendan-
dus foret textus Hebræus, si quidem is, eandem, quam
Matthæus hic habet, verbi formam in Hebræo contextu
olim exitisse, arbitratur, propterea, quod in *Constitutioni-*
bus Apostolicis, ab Ignatio item atque Irenæo, eadem pro-
fus ratione oraculi verba excitata legantur. Ita videlicet il-
le, in libro, Anglico conscripto sermone, cui titulum fecit,
Essay towards restoring the true Text of the Old Testament,
h. e. *Tentamen Hebræum V. T. restituendi textum*, pag. 321,
ad præiudicatam suam opinionem, qua, sacrum V. T. Co-
dicem a Iudæis, post seculum a C. N. II, corruptum fuisse,
falso persuasum sibi habet, temere pertrahit hunc Mat-
thæi locum, absoneque in subsidium vocat eos, qui, ex
Matthæo potius, quam ex Hebræo Iesaiæ volumine, ora-
culum illud attulerunt. Conf. I. C. WOLFII *Cura*
Philologica & Critica, in *b. l.* p. 22. Quandoquidem ve-
ro certum est & exploratum, utramque, & τῆ, ΠΑΡΡ in
Hebræo, & τῆ, καλέσσαι, in Græco sacri codicis textu,
veram & germanam esse lectionem, nihilominus tamen
re

re ipsa Matthæum inter atque Iesaiam, qui eodem vter-
 que Spiritu acti sunt, quam optime convenit, cum, quod
 hic de matre prædicat, eam videlicet Immanuelis nomi-
 ne filium esse appellaturam, consimili ille sententia inde-
 finite enuntiat, vel etiam, ex CHRYSOSTOMI sen-
 tentia, ἐξηγητικῶς ad plures refert, quod ab omnibus fi-
 delibus ex Maria virgine nasciturus אֱלֹהֵינוּ מֵעַתָּה, h. e. μεθ'
 ἡμῶν ὁ Θεός, *Deus nobiscum*, vel Θεὸς Φανερώδης ἐν σαρκί,
Deus in carne manifestatus, idemque generis humani Sal-
 vator, esset agnoscendus. Iam, sicuti ex hæcenus dictis
 satis apparet, summa fide atque dexteritate Hebræa ora-
 culi verba Græce reddidisse Matthæum, ita etiam id
 ipsum, de sanctissimo Mariæ virginis partu convenientissi-
 me verissimeque allatum ab eo fuisse, res ipsa docet. Ecquis
 enim non videt, illustrissimum illud vaticinium, quo
 אֱלֹהֵינוּ מֵעַתָּה, hoc est, secundum veram, propriam & perpe-
 tuo sacrarum literarum vsu confirmatam, vocis huius si-
 gnificationem, *integra & illibata virgo*, vere admirabili
 modo, conceptura atque paritura dicitur eum, qui re
 ipsa appellandus sit אֱלֹהֵינוּ מֵעַתָּה, perfectissime, prorsusque
 κατὰ τὸ ἔητόν, fuisse adimpletum, vbi beatissima gentis
 Dauidicæ virgo, Maria, ἀνδρα ἐ-γνώσκεισα, ἐκ Πνεύματι
 ἁγίου, concepit, peperitque IESVM, mundi Saluato-
 rem, qui, cum ab æterno esset μονογενὴς παρὰ Πατρός,
 hoc ipso, longe excellentissimo modo, μεθ' ἡμῶν Θεός,
 nempe, ob vnitam sibi, inque ὑποστάσει τῷ Λόγῳ receptam,
 humanam naturam, Θεάνθρωπος est factus. Hic vtique,
 ipso facto, oculis omnium conspiciendum sistitur promif-
 sum illud a Deo, per Prophetam, הִנֵּן, *signum*, siue *miracu-
 lum*, ex *caelo* simul atque *terra* petatum, miraculum omnium,
 quotquot vnquam contigerunt, longe maximum, cum vi-
 delicet ex Maria virgine nascitur verus Immanuel, ὁ δεύτερος
 ἀνθρώπος, ὁ Κύριος ἐξ ἑραῆ. 1. Cor. XV, 47. Ecce enim hic
 ὁ μολογισμένως μέγα τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον Θεὸς ἐφανερώθη
 ἐν σαρκί. 1. Tim. III, 16. At obstinato tamen animo cognoscere
 illud

illud nolunt Iudæi, quin potius, ex hostili inteteratoque,
quod in IESVM conceperunt, odio, luculentam hanc Iesaiæ,
de illius *κατὰ σάρα* ortu & natiuitate, vaticinationem in ali-
enam, &, cum veræ propriæque verborum significationi,
tum rei ipsi, contrariam sententiam rapiunt atque detor-
quent, ita, vt alii ad Regis Achasi coniugem, alii ad ipsius
Prophetæ vxorem, id, quod de *virgine* dicitur, *Immanuelem*
paritura, referre non vereantur. Nec meliores multo
hac in parte Iudæis sunt Sociniani, itemque inter Chri-
stianos *Ἰσδαίλωτες* non nulli, qui, non *κατὰ ἑστὸν*, sed
mystice, de IESV ex Maria virgine natiuitate, oraculum
hoc accipiendum esse, putant. Neque vero solum falsis
illi interpretationibus veram literalemque oraculi senten-
tiam peruertere conantur, sed etiam variis eandem ob-
iectionibus impugnare solent. Quam inania autem illa
sint, quæ isthoc nomine obiiciuntur, pluribus iam osten-
dere, nec scriptionis huius fert ratio, nec valde opus esse
videtur, extantibus tot excellentium virorum commen-
tationibus, quibus insigne hoc de Seruatore nostro vati-
cinium, ab aduersariorum obiectionibus, egregie solide-
que vindicatur. Etenim, præter alios, eisdemque præ-
stantissimos, cum integri Iesaiæ voluminis, tum huius spe-
ciatim oraculi, enarratores, singulari opera, contra Iudæos
ceterosque, ex recentioribus in primis illud vindicarunt
IAC. ALTINGIVS, in *Heptade Dissertationum Theologic.*
tertia & in *Parallelismo vaticiniorum V. T. cum Novo*, CAMP.
VITRINGA, *Obseruationum Sacr. libro V, cap. I & II*, item-
que in *Commentario in Iesaiam*, p. 184 & seq. IAC. GOVS-
SET, in *Consutatione libri Jud. Chissuk Emuna*, & in *Vespe-*
ris Groninganis, Colloq. XX. ANT. BYNAEVS, de *Natali*
J. C. libro II, cap. IV, GVIL. SVRENHVSIVS, l. f. c. RICH.
KIDDER, Episcopus Anglus, in parte II eximii operis,
quod inscribitur, *A demonstration of the Messias*, cap. V, p.
284, & seq. LVDOV. ROGER, in *Dissertatione Polemica*
aduersus Iudeos, de hac Iesaiæ Prophetia, Parisiis edita anno


1715, tum etiam ex nostratibus, IO. SAVBERTVS, in
Differt. de *Haalma*, matre *Immanuelis*, IO. CHR. WA-
GENSEILIVS, in *Telis Igneis Satanae*, p. 381, seq. & in *Disp.*
de loco classico Es. VII, 14, IO. ANDR. DANZIVS, in *Diff. de*
Partu Virginis miraculoso, MICH. BECKIVS, in *Specimine*
Vindicianarum Iesaiarum, contra Cortumium I. G. ABICHT,
in *Disp. de Immanuele, ex Virgine nascituro*, aliique com-
plures. Quare adeo, hoc, abunde praestito, super sedentes
labore, nunc, cuius causa hanc suscepimus scriptionem, ad
vere admirabilem nobisque cum maxime salutarem *την εν*
Παρηδεν Θεογονιαν, in hoc sacro Seruatoris nostri natalitio,
fideli pioque animo considerandam contemplandamque,
nostros cohortamur, tum vero ad Orationem solennem,
qua, Praeclarissimus Doctissimusque, DN. M. GOTT-
LIEB BERNHARDVS WEISSENBORNIVS,
Nobizio Misnicus, veram atque orthodoxam de
Incarnatione Filii Dei doctrinam, contra G. VIL. WHI-
STONVM, mentem humanam Christum cum corpore
assumisse, negantem, defendere constituit, H. L. Q. C.
audiendam, ILLVSTRISSIMOS COMITES ac PRO-
CERES VTRIVSQUE REIP. GRAVISSIMOS, cum Ge-
nerosissimorum Nobilissimorumque Academiae Ciuium
concione, per officiose humaniterque inuitamus.

P. P. Lipsiae, in Vigiliis F. N. C. A.


CIO IO CC XXVIII.


LITERIS TITIANIS.











modam aut dignitate laborum, sed ex libero Dei gratia dependentes, quippe qui sua dona in sanctorum coronare solet teste B. Huttero. Quemadmodum caelum pellucidum fulgorem suum accipit a uscumque magnitudinis, omnes vero stellae ab emque sole aliae maiorem aliae minorem: *στρωματισ τῶν νεκρῶν* ex Cor. XV, 42. Omnes et fin- docentes tum docti modo maiorem modo mi- bituri corporum gloriam.

§. XV.

in re vero *actu* consistat ista beatorum gloria praemii loco exspectanda, id indicandum est, in nostra quidem potestate erit positum. VERNALI *נְהַרְהִיר* splendebunt, exprimitur atorum gloria, quae tamen SPECIALI com- singulatim effertur. Ex quo efficitur, vnam eam beatificam fruitionem beatis omnibus et singulis idendam, quae dicitur praemium essentiale; acci- ero praemium non ita, quod est splendor et in- um et informantium ad iustitiam cum respectu um animae gradu differens. Qui enim in hac ini nostri Saluatoris honorem vndique promo- auerint, omnemque mouerint lapidem, quo ma- ia Christi aedificetur atque augeatur: in primis doctrinam Euangelii puriorem longe lateque re omnibus modis iisque licitis conati, diffemi- ctinam contra aduersarios strenue defenderint, um propterea perpeffi; hi, inquam, maiorem oriam, honorem, claritatem et pulchritudinem turi, quam quidem isti, qui nihil penitus pro- ngelium eiusque veritatem peregerunt neque sustinuerunt, habebunt. Sic alia erit claritas arum, Prophetarum, Apostolorum, alia marty- rum,

